

Georg Dasen

**Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Dasenius  
Mathematicum Professor ord. Ad Bacchanaliorum Originem intuendam &  
eorundem abusum abrogandum, & leiunii legitimum Usum, & Passionis Christi  
historiam recte considerandam sibiq[ue] pie accommodandam, cives  
Academicos serio invitat, & hortatur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607407>

Druck Freier  Zugang



R. U. Progr. 1636

1) Jacob Fabricius

2) Georg Olshenius

3) Jacob Fabricius (Supt.)

4) Johann Quistorp







PROGRAMMA,

Quo,

*Rektor Academiae Rostochiensis,*

GEORGIUS  
DASENIUS

Mathematicum Professor ord.

AD

BACCHANALIORUM ORI-  
ginem intuendam & eorundem abu-  
sum abrogandum, & Jejunij legitimum Usus,  
& Passionis Christi historiam rectè considerandam  
sibiq; piè accommodandam, cives Acade-  
micos seriò invitatur, & hor-  
tatur.



ROSTOCHI,

*Litteris Viduae JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.*

ANNO M. DC. XXXVI.





1700

GEORGIUS

DASTINUS  
Medicorum Professor

BACCILLARIUS

in medicina & chirurgia  
in universitate  
in Rostocko  
in anno 1700

1700





LECTOR  
RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
GEORGIUS DASENIUS  
Professor Mathematicum ord.



Memoria dignum est, quod Justinus historicus, lib. 18. narrat, Pyrrhum Epyri Regem, Cyneam legatum suum cum ingentibus donis Romam misisse, Cyneam autem neminem Romae invenire potuisse, Cujus domus muneribus illis pateret, & Cyneam domum reversum a Pyrrho interrogatum fuisse, ut diceret, Qualis sibi Roma videretur, respondisse autem Cyneam, Regum urbem sibi visam, fuisse. Tam illustis & splendida urbis Romae, quae caput totius Romani imperij habebatur, conditio tunc temporis erat, ut ne un<sup>9</sup> in ea deprehenderetur, qui praemagnitudine animi sui & opib<sup>9</sup>, donariis regiis eximiam ingenii sui excellentiam, & fortitudinē heroicam tam togatam quam bellicam, aliqua macula sinistrae suspitionis aspersisse videretur: Si vero hoc seculo quispiam totius Germaniae Regna, principatus, provincias, Episcopatus, urbes, aulas, agros, singulorum incolarum aedes inspiceret, eorundemq; status, & conditiones inspicere & exami-



examinare & inquirere vellet, atque oculis videre aut  
auribus investigare sibi propositum haberet, is profectò  
ne unum quidem reperire posset, qui non omnibus fe-  
re bonis exutus, & mediocribus quoque donis, quibus  
saltem vitam suam sustentare & recreare posset, opus  
haberet, Nam tam dirum & tam miserum ac crudel  
Spectaculum per Germaniam oculis suis subiectum ei-  
se, contemplaretur, & auribus indefinenter perciperet,  
ut, quemadmodum Sacra scriptura, 1. Sam. 3. & 2. Reg. 21.  
loquitur, oculi ipsi dolerent & ambæ aures ejus tinni-  
rent. Universa enim & communis nostra patria diuturno  
& crudelissimo bello, quod adhuc continuam *κατασχε-  
υήν* agere videtur, instar diluij omnia evertentis & quasi  
in nihilum convertentis & redigentis, jam ante complu-  
res annos duriter concussa & dire divexata, & multipli-  
citer dilacerata conspicitur, & quòquò oculos nostros  
convertimus, (siquidē belli immanissimi sævitia, ferocia  
& atrocitate undiq; circumdati & circum septi tenemur)  
agros nostros fœcundissimos, sterelissimos redditos,  
solitudo pagorum, destructiones & vastationes ur-  
bium, everfiones murorum, effractiones & demolitio-  
nes templorum, incendia ædificiorum privatorum &  
publicorum, direptiones oppidorum, ereptiones om-  
nium bonorum, denudationes hominum interfacien-  
tium & domi atq; in arbutis latentium, apertiones se-  
pulchrorum, spoliationes cadaverum in dormitoriis  
jacentium & quiescentium, vastationes hortorum &  
sylvaram videremus, ut non immerito conqueri neces-  
se habeamus, quod Poeta ante complura secula canere  
coactus est, sic undiq; totis turbatur agris, namq; omnia  
miles

Bar-



*Barbarus, & segetes & culta novalia vastans,  
Visceribus miserorum & sanguine vescitur Udo,  
Quippe ubi fas, versum atq; nefas, tot bella geruntur,  
Tam variæ species scelerum, non ullus aratro,  
Dignus honos, sequallent abductis arva colonis,  
Et curvæ rigidos falces conflantur in enses,  
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum,  
Vicina ruptis inter se legibus urbes,  
Arma ferunt, sævit toto Mars impius orbe, &  
Fertur equis auriga nec audit currus habenas,*

Etiam si autem eadem Tragœdia hoc seculo, mutatis saltem personis, in Germania cotidie agitur, & ob oculos nostros obversatur, attamen, proh dolor, admodum paucos, qui suæ conditionis statum recte considerent, discutiant, examinantq; reperiri, ipsa experientia rerum harum prædictarum fidelis testis, singulis horis ostendit & manifestat / per pauci enim existunt, qui ob illam infaustam tantæ Majestatis Germaniæ, nostræ dulcissimæ patriæ vastationem & nefariam deformationem, velut ad portentoso sum spectaculum oculos intendere, atq; animum suum ad sui ipsius correctionem convertere, & precibus assiduis studio atq; labore eò vitam & mores suos dirigere ostenderent, ac optarent, ut sua quadam ingenij cultura, & modestia singulari & parsimonia sui ipsorum, & communis patriæ ruinosas conditiones contemplerentur, ac tam suæ rei Oeconomicæ; quam Reipub. rimas ritè inspicere & sagaci rationis examine perpendere, corrigere ac obstruere curarent: ob eam impietatem gravior fit ira Dei super nos & propter securitatem & superbitam nostram induratur ho-



stium feritas, & audacia, & miserorum hominum auge-  
tur afflictio. Uti enim privata familiaris orbitas ac soli-  
tudo debilitat ac frangit animos hominum: ita publi-  
ca infortunia desperare de summa rerum ferè commo-  
vere homines solent, quia quod mens sua sponte divi-  
nat, id ratio haud fallax subjicere adamat.

*Namq; fatebor enim, dum nos Bellona fatigat,  
Nec spes libertatis erit nec cura peculi.*

Cum itaq; circa hoc anni tempus Liberalia Liberi patris  
festa, quæ Græcis Dionysia: Romanis vero Bacchanalia di-  
cuntur, incidant, quæ quidē à Liberi Sacerdotib<sup>9</sup>, qui per  
totam vitam Libero patri rem divinam facere consue-  
verunt, is vero Liber, Bacchus ἀμὲρ τὴ βαυχέανα vocife-  
rando & vocis Clamorem excitando, Dionysius autem  
à Jove & Nysæis nymphis, à quibus educatus esse scri-  
bitur, derivationem habere censentur; Nam in Græcia  
olim instituto Melampi feminae statuam foedam tan-  
quam libidinis incitamentum & seminarium perpagos  
cum cantu & tibiis circumtulerunt, & Romæ personati  
homines vagari & epulas propinquorum frequentare  
& celebrare soliti sunt, unde & hoc malum tanquam  
lues quædam epidemia in Germaniam irrepere, & suc-  
cessu temporis gliscere coepit, quæ nec in hunc usque  
diem in sanas reliquias suas apud Germanos, instar visci  
tenaciter retinens, extripari potuit. Nam Nudos viros,  
cum nudis mulieribus, matronis, feminis & virginibus  
ad sacra Bacchanalia convenisse & nocturno præsertim  
tempore capita, femoraliaq; pampinis & vuarum race-  
mis cinctos, & alios quoque racemos Vuarum manibus  
tenuisse, & tumultuario commixtos coetu, saltationes &  
gesti-



gesticulationes manuum usurpasse, atq; carmen insuper in Bacchi honorem decantasse Blondus lib. 2. de Roma triumphante scribit, unde & hodie saltationes rusticorum nostratium! & conventuum, in sodalitiis nostris, & multarum fanaticarum rerum reliquæ superstites habentur.

Hoc eodem tempore, quo Ethnici sua Bacchi orgia stulta & insana celebrarunt, & ludis, commensationibusque stolidè vacarunt, Christianæ Ecclesiæ ad stolidas & inconsultas ceremonias abolendas & plane tollendas, & serias alias cogitationes concipiendas, Memoriam & Meditationes Passionis Christi ordinare & repetere instituerunt, ut pia quadam devotione ea ipsa Dominica, inquam Dionysia incidunt, Evangelium de principio passionis Christi ac morte illius animos hominū ad considerationem omnium beneficiorum ejus consuefacerent, & adornarent. Nam ut Ninivitæ quondam in cinere & sacco poenitentiam egerunt, ut Sacra scriptura loquitur, sic nos Christiani, deposito omni ornatu & omissa ingluvie, in vera animi humilitate & corporis castigatione præparare nos per jejuniij tempus totum ad meditationem Passionis & mortis Christi tenemur: iccirco & subsequens dies Mercurij Cinerū dicitur, der *Aschet* *Mittwoch*/ non aliam ob causam, quam quod cinis sit signum veræ poenitentiae, à qua *visita* & preces inchoari solent.

Quapropter, quia jejunium tam in V. quàm in N. T. non est opus Dei mandato prohibitum, sed actio licita, quæ, ut Hieronymi verbis utar, gradum ad virtutem ostendit & facit, si ei poenitentia & oratio fidelis adjungatur, & ad hunc finem referatur, ut caro coherceatur & in  
servi



fervitatem redigatur, ne Spiritui S. oblectetur ejusq; actiones lascivia interturbet ac impediat, Quare corpora nostra obnoxia & idonea reddamus ad res spirituales, præcipuè verò ad Christi Passionis considerationes rectè nobis accommodandas, ut & spiritus noster eò liberius & ardentius totum se dedere ac vacere possit piis precibus & pœnitentiæ, ac reliquis pietatis exercitiis. Iccirco ut externa nostra vita & motus & mores, interioris, cordis affectibus & omnibus bonis operibus piè conformemus, præluceat lux nostra hominibus, ut videant nostras virtutes tanquam imaginem omnium bonarum actionum, ut & cœteri juxta eam se nobis conformes reddere queant, & glorificetur pater noster, qui in Cœlis est. Vitemus & aboleamus omnem ingluviem & luxum, omnem spurcitiem & larvatas discursationes, & quicquid nomen Domini profanare & scandala importare ac præbere poterit, ne tristitia ac ignominia Sp. S. afficiatur, nec Christianæ mentes offendantur, sed juxta mandatum Christi, Caveamus ne corda nostra ebrietate & crapula graventur, sed amemus temperantiam & sobrietatem, fiat mortificatio carnis nostræ, abstinencia, & jejunio, studiis pietatis & laboribus legitimis nostræ vocationi congruentibus, hoc fine, ne desidia & petulantia impediatur intentiones animi in meditationibus & exercitiis pietatis, ne otium & luxus pariant peccata, & excutiant Spiritum S. sed induamus arma justitiæ, & Deo obediamus singuli in singulis officij nostri partibus, & ab omnibus delictis purificati & liberati,

Ut stemus justi Christi tandem ante tribunal.

P.P. Sub Sigillo Academiæ 28. Febr, Anno 1636.











suorum cervicibus depulerunt, vel aliqui  
eos bearunt: Christus nos aeternis extr  
caelestis hereditatem, & universas divit

Hinc deniq; Utilitatem Nativitatis Jese  
Omnia n. illa, quae secum vehit bona, nostra su  
quid miseriarum & molestiae in corpore pertulit  
mal. esse voluit, ut nobis aeternum beni esset Fili  
nos homines faceret Dei filios factq; est, quod nos  
ipse est, particeps nostra humanitati factus est  
deret participes, consors factus est vilitatis nostr  
sortes redderet. Subjecit se infirmitatibus nostr  
ut per communem infirmitatem tolleret nostram  
hunc mundum Christus nudus, ut nos vestibus i  
viret & induceret: pauper ut aeterni & caelestib  
in caelum eveheret: flens deniq; aliorum infant  
aeternam nobis compararet leticiam. Venit ut L  
medicus ad sanandum ut justus ad justificand  
dum, ut redemptor, ad λύτρον pro peccatū solve  
tum diem qui tanto nos beneficiorum cumulo  
mactat leticijs! Letemur & exultemus in eo om  
ni recordatione dulci ejus, qui implevit uterun  
gratiarum actione: servatori nostro meritas qu  
mansucto agentes peccatore. Noacho nato pater ej  
letabatur, & concepti in corde gaudiis testes h  
nos consolabitur ab operibus & laboribus manua  
ledixit Dominus Gen 5. 29. Majorem nobis hodi  
bilandi attulit materiam. Corrupta & maledict  
tum omnis terra & caro. Sed hodie orbi ostensu  
Noachus: Christus in carnem venit qui nos sola  
vulnere saucius, & fulmine legis prostratū ment  
asperget, pulsosq; pavere turbatū conscientijs  
quillitatem restituet, & nos in gratia divina sin  
fueraimus intercessionem suā reponet, & reducet  
communibus hisce gaudiis quae omnes tangunt.  
Exultent mares, Christus marem suscepit, Exult  
femina natus est. Exultent virgines, virgo peperit  
dua, infantem Christū vidua Hanna cognovit. Et

the scale towards document

jectione  
& regni  
fivit.

ave licet.  
est, quic  
tulit, sibi  
tus est, ut  
res, quod  
is sue red  
sue con  
e carent,  
Prodit in  
lutis ope  
humili ut  
ymis suis  
ndum, us  
lamman  
d exopta  
fundit &  
itate, ple  
ymnis &  
pro tam  
hementer  
ebat; Iste  
vibus ma  
ndi & ju  
ob pecca  
verus ille  
ccatorum  
ii aquilā  
& Tran  
um ejeti  
omnes in  
cludunt.  
Christus de  
iltent vi  
Zacha  
rie

